mater in filiam & filia in matrem · ſocruſ in nurum ſuam
& nuruſ in ſocrum ſuam ; Dicebat autem & ad turbaſ ·
Cum uideritiſ nubem orientem ab occaſu · ſtatim dicitiſ
nimbuſ uenit · & ita fit , & cum auſtrū flantem dicitiſ
quia aeſtuſ erit & fit · hypochritae faciem terrae &
caeli noſtiſ probare · hoc autem tempuſ quomodo non
probatiſ · quid autem & a uobiſ ipſiſ non iudicatiſ qđ
iuſtum eſt · Cum autem uadiſ ad aduerſario tuo ad prin
cipem in uia da operam liberari ab illo · Ne forte
trahat te apud iudicem & iudex tradat te exactori
& exactor mittat te in carcerem · Dico tibi non exieſ
inde · donec etiam nouiſſimū minutum reddaſ ·
ADERANT AUTEM QUIDAM IPSO IN TEMPORE
nuntianteſ illi de galilaeiſ quorum ſanguinem pilatuſ
miſcuit cum ſacrificiiſ eorū ; Et reſpondenſ dixit illiſ ;
putatiſ qđ hi galilaei prae omnibuſ galilaeiſ pecca
toreſ fuerunt · quia talia paſſi ſunt ; Non dico uobiſ ·
ſed niſi poenitentiam habueritiſ omneſ ſimiliter peribitiſ
ſicut illi decem & octo ſupra quoſ cecidit turriſ in ſiloa
& occidit eoſ ; putatiſ quia & ipſi debitoreſ fuerunt ·
praeter omneſ homineſ habitanteſ in hieruſalem ; non
dico uobiſ · ſed ſi non poenitentiam egeritiſ omneſ ſimiliter
peribitiſ ; Dicebat autem hanc ſimilitudinem · Arborem
fici habebat quidam plantatam in uinea ſua & uenit
quaerenſ fructum in illa & non inuenit · Dixit autē
ad cultorem uineae ; Ecce anni treſ ſunt ex quo uenio
quaerenſ fructum in ficulnea hac · & non inuenio ; ſuccide
ergo illam · ut quid & terram occupat · at ille reſ
pondenſ dixit illi domine dimitte illam & hoc anno
uſque dum fodiam circa illam · & mittam ſtercora